

5745

09.

JESU FORTUNANTE
PROCURATORES

IN SPECIE

Permissu ac suffragio

1665, 12

Magnifici ac Nobiliss. JCtr. Ordinis

P R Æ S I D E N T E

V I R O

*Plurimum Reverendò, Nobilissimò, Amplissimò
atq; Consultissimò*

22

DN. FRANCISCO ROMANO

JCto, Codic. P. P. Cur. Supr. Elect. & Incl. Facult.

Juridic. Assessore gravissimò, Acad. Syndic. eminentissimò,
& Capit. Martisburg. Canonic.

*Dn. Promotore, Patronò & Præceptore, summò honoris
& observantia cultu prosequendò,*

publicè ventilandos sistet

Horis locoq; consuetis

ad D. VI. SEPTEMBRIS

FRIEDERICUS Weissenborn /

Cygneâ Misnicus.

AUTOR.

LIPSIÆ

Typis Viduz HENNINGI COLERI. Anno 1665.

Non. à Professor



LESU FORTIVANTE

PROCURATORES

IN SPECIE

Permissio et suffragio

Magnifici ac Nobilissimi etc. Ordinarii

PARTE

VIRI

Magnifici ac Nobilissimi etc. Ordinarii

et

DN. FRANCISCO ROMANO

Scio, Collo. F. P. Cur. Supr. Elec. & Inst. Facult.

et aliorum quorundam Acad. Syndic. eminentiss.

& Capit. Marisburg. Canon.

Pro Promotore, Antonio etc. etc. etc.

et aliorum quorundam Acad. Syndic. eminentiss.

publice venalissimos litter.

Historico etc. etc.

et aliorum quorundam Acad. Syndic. eminentiss.

FRIDERICUS

Mag. etc. etc.

et aliorum quorundam Acad. Syndic. eminentiss.

1777

Typis Viduae HENNINGI COEPLER. Anno 1777

[Faint handwritten text]





Μηδεν ἀναβαλλόμενθ!

Cum tandem aliquando magnorum Virorum iussa specimen esset edendum, cogitabundq̄ hactenus hæsi, quamnam ex tam vastò immensòq̄; jurium pelagò, tam jucundam, quam in utròq̄; Forò uilem, meis juxtim viribus, quas sentio imbecilles, parem materiam seligerem, donec potior ex aliis visa est de Procuratoribus. Cum enim ea satis jucunda sit, de utilitate ejus ut narrem, non est; testantur Dicteria, loquitur tum agendi, tum excipiendi commoditas, facilitium terminandarum facilitas. Hanc ergò quæstionibus quamvis plus nimio exuberantem partim intricatioribus, partim utilissimis bonò cum Deò hâc vice disputationi meæ præfixi scopum, ad quem ut feliciter curram, felicissimè decurram, Jehova benignissime, vires concede valentes.

I.

Procurator est vox concreta.

Vocein Procuratoris à procurandò descendere pueris etiam notum est. Procurare autem ex naturâ relatorum *Franzk. in comm. ff. mandati n. 6.* est pro aliò aliquid curare, seu in curam & fidem suam suscipere, unde quòd Procurator consimilem penè in modum, quo Proconsul, Proprætor, Protutor, & si forsan de hæc grege alia, salutetur, accidit, in quibus præfixum (*Pro*) aliquid pro aliò seu alienò administrari significat, *Vvesenb. in II. ff. h. t. n. 1.* quod tamen non ita absolutè dictum velim existimes, sed hactenus duntaxat quòd curat scil. pro aliò quòd alius curare debebat, vide *Bachov. in Comm. ff. h. t. c. 2. n. 1.*

II.

Tàm apud Latinæ Linguæ Autores, quam apud **J**Ctos multifariam significat.

A 2

ubi

Ubi namq; sumitur laxè servi indigitatur genus, tam in villâ, quam familiâ urbanâ, qui res Domini sui administrat, & cum Actore propè coincidit, ut hæc etiam nomina Columellæ identitatem sapiant *l. 1. cap. 6. & 8.* Alii differentiam subesse conjiciunt; exactius tamen Actorem descripsit, qui pecuniæ Domini tunc exigendæ, tunc dispensandæ præest. In Latissimò significato Procurator est cujusq; rei curator ac custos: sic procuratorem aviarii Varro, Procuratorem apum dicit Columella. In Jure quoq; nostrò non unò modò vox Procuratoris usurpatur: in terminis enim si itidem accipere velis latioribus, non incommode, imò suò jure participabit de hoc ipsò nomine, qui rem Cæsaris administrat, hoc est, qui omnium rerum & reddituum datâ ad id non alienandi, sed acquirendi facultate curat, atq; procurat, *l. 1. §. 1. ff. de offic. Proc. Cæs.* Ab hoc parum abit Procurator Fisci, qui præest causis fiscalibus in urbe. suò tamen nomine audit Præfectus ærario *l. 8. §. 19. ff. de Transact. l. 42. pr. ff. de Jur. Fisc.* vide Gothofred. *ad d. l. lit. O.* Cæterum quam latè hoc nomen sese diffundat, vid. in *l. 4. C. de Metall.* improprie aliquando ubi hæc vocula sumitur, indicatur negotiorum gestor, cui absq; erroris periculò omnes, qui quocunq; modò aliena negotia gerunt, annumerare possumus, ut post text. à te allegatos testatum facit Magn. Dn. Carpz. in *Process. tit. 5. art. 1. n. 1. Meier. in C. J. A. h. t. 1. h. 2.* Strictè loquendo hi sunt Procuratores, qui vel coram tribunali, vel extra illud aliena negotia ex mandatò gerunt, quamvis si ordinem Salviani Edicti respicias, ii tantummodò sint Procuratores, qui in judiciò alienas causas sibi mandatas ventilant, & de his hîc nobis,

III.

Hodiè quandoq; sive Procurator sive Advocatus dixeris perinde dixeris.

Mirum hoc aliquò modò videri posset iis, quorum aures solidam Theoriæ veritatem ex fontibus & meditullio Juris Civilis sunt edoctæ. Enimverò spontè id ipsum largientes illis condescendimus, hoc modò sciverint, terminos à nobis ipsis intra quos se contineat Enunciatio, esse positos: Generaliter namq; si procederemus, nautea, crede, suboriretur Viris summis, qui &
in

in Camera & Electoratus Curia Provinciali hic Lipsia Advocatorum munere funguntur: Hi enim præterquam quod summò Doctrinæ titulò sunt conspicui teste M. Dn. Carpz. ante spatium tricennale nomen hoc, seu der Advocatenzur Sütze fecere suum, ad manûs propterea habentes suos Mandatarios nostrò idiomate Anwälde. Hoc itaq; quod dictum est, de Advocatis inferiorum Judiciorum secundum usum communem accipias, rogo. *Meier. in C. 7. A. h. t. th. 2. in fin. & th. 25. Arn. Vinn. ad §. 1. Inst. per quos ag. poss. Zoef. in Comm. ff. eod. n. 1. & seqq. Treutl. vol. 1. D. 9. §. 10. lit. C. & qvè tamen omnes ac procuratores olim producta suanon scriptis mutuis, sed ore tenus seu vivâ voce, hoc est, von Mund aus in die Feder/ proponere tenentur. Nov. Elect. Augusti, Part. 1. C. 1. M. Dn. Carpz. eod. Def. 1. Nota, quod secundum usum Camerae nostra hæc assertio ex parte præprimis posteriori suâ non sit convertibilis, *Andr. Gail. 1. Obs. 43. n. 8.**

IV.

Nobis hæc synonymiâ seclusâ definitur Procurator, qui mandatu (α) domini (β) aliena (γ) negotia (δ) in judiciò administrat (ε) l. 1. ff. h. t.

Longè aliter *Cic. in Orat. pro Cac. nn. Edit. Gothofr. T. 2. pag. m. 325. lit. E.* Procurator est omnium rerum. ejus, qui in Italiâ non fit, absitvè Reipubl. causâ quidam penè Dominus, i. e. alieni Juris vicarius. Qui dum à partibus Pomponii stare videtur, rectius adhaeremus Ulpiano, qui in definitione suâ à brevitate alioquin laudabilis implicuit genus, quod more suo per administratorem, seu gestorem expressit *Vesemb. in II. ff. h. t. n. 2. (α)* benè itaq; mandatu: per hoc enim formalizatur Procurator & specificè differt (1) ab Advocatò, qui invito aliquando constituitur; munus enim quod gerit, publicum est, ad quod nisi legitimas alleget excusationes, compelli potest, *l. 7. C. de postuland. l. 1. §. 4. ff. eod. l. 1. ff. de muner. & honor. sub periculò etiam fori amittendi. d. l. 7.* Ast procurator cum munus ejus vile ac privatum sit: ex contractu privatorum enim oriundum *l. 42. §. 2. ff. h. t.* vix est ut cogi possit. *arg. l. 5. C. de Obl. & A. quod fallit tamen in Camerae procuratoribus, Andr. Gail. d. Obs. Quid porrò hi invicem à se distent, & exceptionis ampliationem vide ap. M. Dn. Carpz.*

d. art. & tit. n. 19. Hunn. ad Treutl. Vol. 1. D. 9. §. 1. q. 4. (2) à Ge-
store negotiorum: quid enim quæso huic mandatò opus est,
cum absentis etiam & ignorantis negotia gerere possit, imò de-
beat? Forma namq; specificans versatur in ignorantia. Si quis
negotium itaq; gerisuum sciat, & cum posset, non tamen inter-
dixit, mandasse censetur, per express. text. in l. 6. §. 2. l. 18. ff. Mand.
Hahn. in obs. ad Wesenb. de negot. gest. n. 3. vid. Gifan. ad rubr. ff. h.
t. n. 61. & seqq. (3) Tutore, Curatore & aliis, qui vel voluntate
constituentis, vel publicis legum auspiciis, vel dantis autoritate pu-
pillorum & minorennium negotia gerunt. l. 1. ff. de Testam. tutel. l.
5. ff. de Legit. Tutor. l. 1. ff. de Tut. & Curat. dat. Hüllig. ad Donell. l. 19.
Com. cap. 9. lit. B. & C. (4.) deniq; à Defensore in specie dictò. l. 46. §.
1. l. 51. cum seqq. l. 61. l. 76. ff. h. t. l. 34. §. 3. ff. de iurejur. l. 2. §. ult.
ff. ad Sc. Vellej. quæ differentia tamen non est perpetua. l. 8. pr. l.
14. & seqq. ff. l. 2. C. §. 1. §. h. t. (β) Hinc patescit quod is, qui à Tutore
vel Curatore ante Litis Contestationem constitutus sit, talis esse
nequeat, sed propriò nomine Actor, de quò *infr.* Thes. 3. circ. fin.
(γ) ita quidem: etenim hæc nomina sunt inter se relativè oppo-
sita, & habet hoc mandatam cum cæteris contractibus commu-
ne. l. 42. h. t. ut hæc ratione perinde impossibile sit, in propriis
negotiis aliquem esse Procuratorem, ac rem propriam alicui ser-
vire, l. 6. pr. ff. si ususfr. pet. l. 33. §. fin. ff. de servit. pr. rust. l. 26. ff. de
S. P. U. infallibiliter quocircà concludimus, Procuratorem non
esse, qui sua negotia alienò consuasù gerit. Ant. Perez. in Comm.
C. h. t. n. 1. Franzk. ad ff. eod. n. 21. (δ) Negotii vocabulum usûs
aliàs in Jure non unius est, id quod apparet ex l. 7. C. de §. & F.
ignor. l. 15. ibi: sed habet in se negot. ff. de Prescr. verb. l. 3. ff. de R. A. §.
possid. l. 5. ff. de R. §. l. 3. eod. l. 5. pr. ff. de Inst. Act. l. 19. pr. ff. de Judic.
l. 4. §. 2. ff. de his qui not. infam. & aliis. Usitatisima autem est
significatio in *tit.* ff. & Cod. de negot. gest. ubi ex naturâ quasi con-
tractûs significat illud, quod sine mandatò & aliò potissimum
ignorante (ut dixi) geritur. Nostamen ut ab hoc significato
faciamus dissidium jubet atq; urget ipsa Procuratoris natura, quæ
objectum mandatu Principalis qualificatum sibi exposcit. d. l. 1. h.
t. Sunt autem hæc hujus loci negotia gerenda vel coram tribu-
nali, vel extra illud, hinc ab hæc loci circumstantiâ in Judicialia
&

& Extrajudicialia dispescuntur, quæ demùm vel universal. 9. §. 4. ff. de A. R. D. junct. §. 42. I. de R. D. l. 12. pr. in fin. ff. de solut. vel unum aliquod singulare, l. 13. pr. ff. de Pact. d. l. 1. §. 1. h. t. ubi Ulpianus explosâ tandem Pomponii sententiâ hanc ipsam distinctionem corroborat atq; confirmat, quæ præterea probatur etiam ex l. 10. C. h. t. l. 12. §. 7. ff. mandat. (ε) τὸ administrare si propriè loqui & secundum usum juris frequentiore judicare velles, non adeò commodè referres ad iudicium, cum agere plerumq; de hoc dicatur, eiq; opponatur, l. 27. pr. l. 43. ff. h. t. vid. Hahn. ad VVes. n. 1. quamvis ego non negem unum interdum in Jure etiam nostrò alterius vice fungi, uti fit in l. 35. ff. Ex quib. caus. Maj. Auth. ad hęc. C. quand. mul. off. tutel. & c. l. 1. ff. h. t.

V.

Procurator in Jure non unus est: alius namq; ratione objecti vel ad lites (α) vel ad negotia (β) uterq; (γ) vel generalis vel specialis, καὶ ἀναλογίαν, alius est verus (δ) alius respectu finis, seu effectus in rem suam (ε) divisio tanquam generis in species (ζ) ab ipsâ instituti nostri ratione secluditur.

(α) Memineris quod superiori thesi dictum est de negotiis, quomodo nimirum tractanda sint vel in vel extra jus. Hoc locò itaq; secundum ea dividitur Procurator, quod sit vel ad negotia καὶ ἐξοχήν & in specie dicta, vel ad forensia seu lites. L. 43. pr. ff. h. t. l. 66. §. 2. ff. de Evid. Hic à Græcis dici videtur δημοσιος ἐπιστάτης seu Procurator publicus. Mer. in C. I. A. h. t. 6. 2. & propriè est, cui alienæ rei Actio est mandata, proinde juxta Edictum perpetuum hujus loci solùm. Zoes. in Comm. ff. K. t. n. 2. Franzk. eod. n. 20. Struv. Ex. 7. §. 24. Wissenb. Disp. 12. §. 7. (β) ille, quamvis sedes ejus commodior sub titulò mandati esse possit, generalitate tamen definitionis includitur. Bachov. in Comm. h. t. n. 2. Wissenb. d. l. (γ) hoc quidem non adeò probatur Bachovio, vix enim contingere sibi persuadet, ut aliquis ad omnes & singulas controversias Procuratorem constituat, verùm dum ipse nobis largitur potentiam, cur tolerari recuset, ego nullus video. Hoc me movet, quod Gothofred. Ad d. l. 2. ff. de

de A. R. D. VVesemb. in π. ff. h. t. n. 3. Ant. Perez. C. eod. n. 19. & post eum VVissenb. Disp. 12. §. 10. Struv. Exerc. 7. §. 25. Schnob. Disp. 3. §. 13. alijq; plures, generalem impropiè talem & cum liberâ dispescunt. Probaturi id ex L. 60, 63. ff. h. t. l. 9. §. 4. ff. de acqv. R. D. §. 42. t. de R. D. & alijs qvamplurimis, qvas densâ pro se allegant serie, sed textibus his aliqvò modò pensiculatiùs perspectis nullus non possum, qvin hanc ipsam divisionem juri civili indignam & planè incognitam cum Dn. Hahn. ad VVesemb. n. 3. Mei. in C. 7. A. hic, §. 7. Dn. Franz. K. n. 41. Arn. Vinn, add. §. 42. l. de R. D. n. 7. & alijs pronunciem. Et qvamvis concedâ illam jure Canonicò canonisatam ac proinde â pragmaticis, ut amat fieri, Foro accommodatam esse, cui etiam haud vulgarem illi ἐπέχειαν seu effectûs transcribunt, M. Dn. Carpz. in Proc. tit. 5. art. 1. n. 69. 71. 83. Nondum tamen certus sum, annon in Praxi etiam gradûs potiùs, qvàm divisionem hæc ipsa clausula inducat? Bach, ad VVes. n. 3. (d) l. 56. ff. de Iudic. l. 40. §. 3. ff. h. t. Hic suprâ nobis definiebatur & præter mandatum desiderat nihil. (ε) in rem autem suam, qui non nisi æquivocè talis, Trentl. V. 1. D. 9. §. 1. lit. A. Præter istud cessionem etiam & titulum ad transfereandum dominium aliàs habilem postulat, & licet secundùm jura strictiora propter omnimodam & meram personalitatem ex Domini personâ cessionarium actiones intentare oporteat, in rem tamen concludit suam: Hæc enim natura est obligationis, ut ab ossibus principalis divelli neqveat. Hodiè insuper ex benignitate & conniventia D D. Rescriptorum ex suâ etiam personâ, sed utiliter tantùm agere potest, actione itaq; non nativâ, sed dativâ, Bach, ad Trentl. d. l. & in Comm. ad τὰ πρώτα h. t. c. 1. n. 6. Cujus deprehenduntur vestigia in l. 55. ff. de Procur. l. 19. ff. de pactt. l. 8. C. de hered. vend. l. 9. C. h. t. l. 6. C. de O. & A. l. 18. C. de Legat. l. 3. C. de Novat. Pluribus vide Hahn. ad VVes. n. 3. Mei. in C. 7. A. eod. §. 13. Cæterùm verò interdum opponitur Procurator falsus. l. 24. C. h. t. l. 13. §. fin. ff. de novi oper. nunc. Qui vel mandatum omninò habet nullum; vel qui habet, sed inhabile seu insufficiens; vel qui sufficiens quidem, sed ad pendentem causam impertinens, cui idcirco in quâvis parte judicij opponi potest exceptio, imò parte connivente, ex officio â judice ipse hodiè repelli potest. id. quod

quod indicant clara verba *Ordinat. Process. de Anno. 1622. tit. 6.*
Wenns gleich von Gegenpart nicht gesucht würde / Præterquam
etiam, quod omnia quæ egit, Actis & judiciò indigna pronunciantur,
pro diversâ vice diversam luit mulctam, *M. Dn. Carpz. Part. 1. C. 1. D. 26.* Quid ergò si Pars de jure Civili exceptionem
remiserit? Resp. Ictus Ulpianus, hanc ex pœnitentiâ, postea opponi non posse, *l. 57. ff. h. t.* Suo enim favori semel renunciavit,
Gothofr. ad d. l. lit. O. (Z) Procurator generatim consideratus,
scinditur vel in propriè talem, qui ex parte Actoris mandatu intervenit, *l. 1. h.* & in defensorem qui absq; mandatu à parte conventi intercedit, *l. 40. eod.* & ad hanc pertinet secunda rubricæ pars, In ffis de Defensor. Cum autem nobis animus sit, Procuratorem *novus* & in specie delineare, terminos transilire bonâ methodi pace integram nobis non est.

VI

Procuratorem dare atq; constituere possunt omnes, qui non prohibentur.

Hoc Edictum est prohibitorium, cum quæreretur ergò, inquit Paulus, an alicui procuratorem habere liceat, videndum erit annon prohibeatur. *l. 43. §. 1. ff. h. t.* licet itaq; usus Procuratoris nemini regulariter interdicator, non tamen dare permittitur pupillo, cum ipse neq; suò, neq; alienò nomine experiri queat *l. 1. §. seq. C. qui. legit. pers. stand.* neq; ullus deniq; absq; Tutoris auctoritate illius dicatur consensus, sine quò uti nullus planè contraus *l. 1. ff. de pact.* Ita neq; mandatum in specie. *l. 1. ff. mand.* De minore idem adhuc erit asserendum per *l. 11. C. h. t.* benè tamen uterq; annuente Tutore seu Curatore suò *d. l. Vvesenb. ff. h. t. n. 4.* *Ant. Perez. in Comm. C. eod. n. 3.* Quæstio fuit olim, si de factò minorennis neq; sciente, neq; consentiente Curatore procuratorem dederit isteq; pro eò obtinuerit sententiam quid juris? eam in validitate suâ perseverare debere Imp. Gordianus rescripsit in *l. 14. C. h.* siquidem tunc finis cesset atq; ratio, & ætas minoribus in damnis seu circumventionibus subvenire, non in rebus prosperè ac lucrosè gestis obesse soleat. *Zoes. in Comm. ff. h. t. n. 8. Trentl. vol. 1. D. 9. §. 4. Ant. Perez. d. l. n. 4.* Filius familiâs licet adhuc sub paternis sacris sit constitutus, procuratorem rectè dat, cui sub-

B

inde

inde, cæteris scil. paribus, non potest opponi exceptio: Regula
namq; juris est: potest quis per alium, quod potest facere per
se *cap. 63. de R. I. in 6.* Sed ne fortassis hæc nostra assertio non pe-
rinde ac nos sentimus accipiatur, generalem eam non esse spon-
tè provocamus, cum nec omnem actionem filiusfamilias suò no-
mine exercere queat. Restringi itaq; potius debet (1) ad pecu-
lium bellò acquisitum ejusq; actiones *l. 8 h. t.* itemq; adventiti-
um plenum, seu quod in totum, quoad usum fructum etiam ei
acquiritur *l. 7. C. d. bon. quæ lib. Nov. 117. c. 1.* hujus enim intuitu ha-
betur pro patrefam. *l. 2. ff. ad. Sct. Macedon.* (2) injurias *l. 9. ff. d.*
O. & A. in actione potissimum civili ex *L. Cornel. l. 39. §. 4. ff. h. t.*
non etiam criminali *l. 5. §. 6. ff. de injur.* quoniam speciale hoc
privilegium ex *Constit. Zenon.* personis illustribus veluti Con-
sulibus, patriciis, & super illustribus concessum est, ut possint per
alium tam activè, quam passivè procedere *l. ult. C. de injur. §.*
10. I. eod. ex consuetudine tamen Belgii Procuratores indifferen-
ter admitti post allegatos à se Autores testatur *Arnold. Vinn. ad*
d. §. 10. quod de moribus etiam Saxonibus verificat *Georg. Schultz.*
in Synops. J. eod. VVesenh. in w. ff. h. t. n. 5 (3) actiones utiles man-
dati & depositi, in suo tamen casu *Dn. Hahn. in Obs. ad VVesenh.*
n. 4. per d. 9 & 18. ff. de jud. Servus quoniam legitimam in judicio
standi personam non habet, quâ caret, ad alium transferre facul-
tatem nequit. *l. 33. h. t. arg. l. 54. d. R. I.* Secundum jura Cc. Pro-
curatorem dare non potest excommunicatus, per ea, quæ rescriptis
Pontifex Greg. IX. *in c. f. extra h. t.* rationem reddit *Zoes. h. t. n.*
9. Quæstio ultimò incidit locò, an Tutor in causâ pupilli sui Pro-
curatorem constituere possit? Negativæ patrocinator *Myns-*
tium textuum tum Interpretum autoritate motus quos post eum
allegat *Conrad. Schleich. ad VVes. w. h. t. n. 4.* & rectè: expressè
enim si justâ detineatur necessitate, quò minus pupilli vel absen-
tis, vel fandi nondum potentis negotia ipse administrare possit,
Prætoris vel Præsidis provinciæ decretò, periculò suò constitue-
re tenetur Actorem *l. 11. C. h. t. §. 9. 7. de Curat. l. 24. ff. d. adm.*
no. l. un. C. de Act. à. Tut. s. curat. qui adjutor tutelæ *Pomp. in*
l. 13 §. 1. ff. de tutel. & nisi sit constitutus hic in Camerâ secundum
observationē ejus ad sui legitimationē non nudum tantummo-
dò

dò Actorium, sed insuper etiam Tutorium, ex quò tam iudici, quàm parti sufficiens notorietatis copia fieri possit, producere debet. Dicitur, hæc quidem in dativò, quid ergò si testamentarius? Sufficit tunc copiam Tab. afferre collationatam, vel aliud instrumentum seu documentum habile ad arguendum tutorem testamentarium. *Andr. Gail. 2. Obs. 107.* quod procedit antè L. C. in Forò etiam nostrò Saxonicò. *M. Dn. Carpz. T. 5. art. 5. §. 3.* pòst enim non solùm tutor, sed omnes etiam ejusmodi officia rectè substituunt. *d. l. 11. VVurmb. 5. Obs. 1. & 19.* Excipe procuratorem in rem suam, quoad actiones utiles, & cui speciali mandatò substituendi facta copia c. 1. de Proc. in 6. Trentl. Vol. 1. D. 9. th. 2. l. A. hanc tamen ipsam exceptionem limitat in Judæò. *Myns. 2. Obs. 15. vide Zoef. h. t. n. 9. Reinh. Bach. eod. c. 2. n. 1.*

VII.

Procurator dari atq; constitui potest quilibet, qui non prohibetur.

Vidimus hætenùs, qui per alios litigare, ordine nunc ducimur, ut cognoscamus etiam, qui pro aliis comparere queant. Sciendum itaq; est, invitum, ut alterius rem agat, cogi non posse: Hoc enim omne, quod inter dominum & mandatarium seu procuratorem agitur, incidit in mandatum, unde etiam auctoriari eum diximus supra, qui contractus ergò, quoniam essentiam suam consensui acceptam fert l. 1. ff. mand. & l. 1. ff. de pact. nihil magis ei, qui b. f. judicia sustinet, contrarium est, quàm vis atq; metus, quem comprobari idèò contra bonos mores proclamat Ulpianus in l. 116. ff. de R. l. aliud dicendum erit, si quæras de modernis & salariatis. *Hahn. ad VVesemb. n. 4.* Invitus autem non ille tantùm est, qui expressè contradicit, sed eò amplius etiam, qui consensisse probari nequit, quamvis hodiè secundum Traditionem Cc. ad missas literas tacens obligetur. *VVisenbach D. 12 §. 2.* Quidam tamen, etsi parum rogati ad hoc munus proflirent repelluntur *Zoef. in Com. ff. h. t. n. 4.* eadem namq; ac in anteriori thesi hîc comprobatur regula *VVesemb. h. n. 4.* Rem autè ut expediam⁹ faciliùs, ponendi venient Procuratores ἐν ἀπτεῖ: his enim probè cognitis labor sane erit null⁹ ad alios ἐβέτα descendere. Non ergò auditur (1) alienò nomine cōparitura mulier, quoniam

niam alienam suscipere litem virile munus est, & ultra sexum muliebrem *l. 1. C. h. t.* quid, quod vinculum contrahatur obligationis, quò adstringi foeminas *Sct. Vellej. non patitur? l. 2. §. 4. & 5. ff. C. ad Sct. Vellej. Zoes. in comm. ff. mand. n. 5.* & quamvis de Jure Justinianaò dentur quidam casus, ubi mulier procuratoriò munere rectè fungatur, veluti si in rem agat suam, seu in proprium lucrum ei sint cessæ actiones *l. 4. C. h. t.* nec movere nos debet, quod *Bachov.* hanc ipsam exceptionem salutet insubtilem *ad VVesenb. n. 4. p. m. 113. col. 1.* gratias enim jampridem reposuit *Dn. Hahn. eod.* vel si mater ferre nequeat causam liberorum liberalem jacere indefensam. *l. 3. §. 2. ff. de lib. caus.* vel animadvertens rem filii sententiã eversam ad Appellationis instantiam pietate ducta profiliat *l. 1. §. 1. de ff. app recip. vel non.* vel deniq; si alius non existat idoneus, qui causam agat mariti & parentũ legitimã causã impeditorum *d. l. 3. §. 2. Andr. Gaul. 1. Obs. 133. n. 8.* qui omnes tamen extemperatã magis justitiã, quàm strictò jure procedunt testificante *Dn. Hahn. vide VVesenb. in w. ff. h. 1. n. 4.* De Jure tamen Saxonum ne hòc modò potest. *Landr. L. 1. Art. 44. & seqq. Nov. El. Aug. p. 2. c. 15. Trentl. D. 9. §. 6.* Sed ad omnes actũs præcisè Curatorem habere debet, parte imò non petente, ex officio à judice Curator, germanò idiomate ein *Krieglicher Vormund.* dari debet *d. c.* in tantum etiam, ut contractus sine Curatore initus sit ipsò jure nullus. *M. Dn. Carpz. in Proc. T. 5. art. 3. n. 48. & seqq. 61. & 67. P. 2. C. 15 d. 1.* ubi etiam *ind. 6. & seqq.* hanc Saxonici Juris constitutionem limitat. (2) neq; miles. e. qui actu militat, non etiam veteranus *l. 8. §. 2. ff. h.* ne omisso armorum usu ad jurgia & litigia privatorũ se conferat: armis enim non privatis occupetur negotiis, ut numero & signo jugiter inhærens *Remp.* defendat *l. 31. C. de locat.* nec quicquam confert etiam si pro parente, filius, aut pro uxore maritus miles experiri velit *l. 7. C. h. t.* rectè tamen & inoffensã disciplinã in rem agit suã rem enim gere re suam interdici, non modò absurdũ, sed & iniquũ est *l. 9. d. t.* Cæterùm cum aliquò modò in rem suam agere videatur, si causã suscipiat legionis aut cohortis, cujus ipse membrũ est, removeri non debet *d. l. 8.* tandè etiã exceptio est si pars securè nullòq; objecto exceptionis telò litem contestata cum illò fuerit. *Elegantissimus hïc*

hic est *Bachov. ad Treutl. Vol. 1. D. 9. th. 1. l. G* Res enim tunc non magis est integra d. l. ubi nota, quod dominum tamen in reconventionis puncto defendere non teneatur. *Mej. in C. I A. h. t. 0. 33.* Non admittitur (3) Decurio qui ne laedatur eius dignitas & existimatio sub poena arceatur exilij *l. 34. C. de Dec.* (4) qui alienas lites redemit: ex amicitia enim oriundum hoc officium, cum gratuitum esse debeatur eam ex eo messem expectantes reprehendit Imperator in *l. 15. C. h. t.* Quocirca ex hac Diocletiani constitutione concludi potest, vetus illud Procuratorum officium longe fuisse diversum ab hoc, quod nostrum tempore nostri exercent Procuratores, quorum oculatas manus, nil nisi quod tenent, credere testis nobis est haud vulgaris veritatis *Gothofr. ad d. l.* Ex speciali (5) ratione potentioribus negatur procuratio *l. 1. §. seq. C. ne lic. pot.* Res demique de servito *arg. l. 9. pr. ff. si quis caut. l. 3. ff. eod. l. 6. C. de iud.* mutuo, surdo, furioso, morbo perpetuo laborante *l. 43. h. l. 2. §. 1. l. 54. eod.* & tandem reo criminis capitalis antea purgatam innocentiam, ex *l. 6. C. h. t.* expedita est. De minore an ille Procurator esse possit adhuc inter Dd. controversatur. Nos affirmantium subscribimus turbæ moti textibus ab illa, allegatis vide *Zoes. h. t. n. 11. Struv. Ex. 7. 0. 30. Treutl. l. 5. l. 1. D. 9. 0. 5. Franzke. M. Dn. Carpz. in Proc. T. 5. A. 1. n. 29. §. seq. Bach. in Comm. ff. c. 2. n. 1.* Quamvis alii cum Praxi dissentiant *Hahn. ad Wesenb. n. 4.* Secundum traditionem vero Canonum intercedere nequit *c. 5. de Proc. in 6. ut & infamis c. 1. §. seq. caus. 3. q. 7.* Sed an de Iure Civili? Affirm. per *S. f. I. de Except.* Ubi tamen cum Dd. distinguendum esse existimo, utrum infamia sit certa, de qua ea toribus, ut dici solet, atque lippis constet, & hoc modo refello; an vero adhuc sit dubia, ubi ne nimium negotij proleatur disceptatio recte eum intervenire statuo cum *Bach. ff. h. t. c. 2. n. 2. ad Wesenb. eod. n. 4. ad Treutl. Vol. 1. D. 9. th. 6. lit. F. Arnold. Vinn. in. Comm. I. de Except. d. 5. Ludvvel. eod. n. 3. Schnobel. D. 3. th. 15.* similem ferè distinctionem de excommunicato proponit Pontifex in *c. 21. extra de off. §. pot. iud. deleg. c. 7. extra de iudic.* His itaque praesuppositis pronò ut dicunt, fuit alveo, quod filiusfam. licet jugum paternum illum adhuc succollare oporteat, procuratorio nomine comparere non prohibeatur per expr. text. in *l. 57. ff. de iudic.*

Nec ceteri, quos longò adducit ordine *Mej. in C. I. A. h. t. §. 25.* ijq; vel unus vel plures, ita tamen, ut si plures, lis etiam sit plurimum Personarum, vel diversæ unius personæ lites. Si Una unius personæ causa, tunc si plures procuratores simul occupantis, sin diversis constituti sint temporibus posterioris potior habeatur conditio. *l. 31. §. seq. h. t.* Quid autem occupare sit tam remotive quam positivè exponit *Bachov. in Comm. ff. h. t. c. 3.* Quid ergò in iudiciis mixtis? plures ibi per unum propter adjudicationes litigare prohiberi indubitati juris est *l. 42. ff. h. t. exceptio-* nem subnectit *Ictus, in d. l. §. l. 48. ff. fam. hercisc.*

VIII.

In iudicio civili pecuniario Procurator indistinctè admittitur, secus atq; in criminali.

Et ex hõcevidentissima deprehendere licet vestigia, quibus quid moderna nostra Jurisprudencia à veteri illà distet inferri potest: ibi enim & potissimum ex strictissimà *L. xii. Tabb.* sanctione, alienò agere nomine, nisi in causâ populi, tutelæ atq; libertatis nemini fasq; jusq; erat usq; dum terminos hosce æquò angustiores *Lex Hostilia* eò produceret, ut nomine eorum, qui apud hostes essent, aut peregrè *Reipubl.* causâ abessent, qui ve in eorum, cuius tutela essent, furti agere liceret. Quæstio inde suboritur, cur *Lege de solò furtò* cautum sit, cum tamen absentia laudabilis favor ad cetera quoq; delicta de facili porrigi mereretur? *Hotoman. Theophilus* tandem autoritate motus rationem specialitatis in committendi facilitate ponit; benè autem an perperam, quia ad nos nihil, decisionis nostræ non facimus. vide *Hotom ad pr. J. h. t.* Qui rigor itaq; & severitas, quoniam æquitate vel nihil vel parùm sapere visa sunt, dum sæpè neq; iusta actio institui, neq; iniusta per exceptionis beneficium elidi poterat, vel quia morbus aut ætas homines detinebat, vel ipsos urgente re familiari abesse oportebat, moribus & consuetudine tandem receptum est, ut quævis causæ privatæ & pecuniariæ civiles per procuratorem coram iudicio ventilari queant *l. 26. C. h. t. Dn. Ludvvel ad pr. I. de. Except.* hinc est, quod non *LL* sed moribus procurator introductus dicatur. *Trentl. Vol. 1. D. 9. §. 1. lit. D. vide Arnold. Vinn. ad. d. pr. I. h. t.* Concluditur itaq; usum procuratoris in iudiciis

diciis popularibus esse nullum *l. 42. pr. ff. h. t. nisi vel litem quis
contestatus sit l. 12. ff. de V. S. vel agat de sepulchrō violatō, vel
de viā publicā privatō damnō affectus, quæ cum exempla sint, in
iis acquiescere otiosum est: regula namq; generalis, quod o-
mnis, qui ita agit de publicō, ut suum commodum defendat, re-
ctè procuratorem dare possit, quia potius habet agendi jus, qui
in confluxu aliis potior atq; idoneior habetur. *l. 2. § seq. ff.
de pop. act.* talis autem est, cujus de corio luditur *Gothof. add. l.
Bachov. in Comm. ff. h. t. c. 3. n. 3.* An ergò in causis famosis? bene
de hōc vide eundem *ad Vvesenb. w. ff. eod. n. 5.* Sed ne justō proli-
xiores simus, quia & hæc ipsa de objectō materia ab aliis, teste
Franzk h. t. n. 48. ad nauseam jam pertractata est, pedē hīc figimus
coronidis locō pauca de criminali, cujus in thesi facta fuit mentio,
judiciō subiecturi. Ubi præsupponimus, quod secundūm jura
Civilia, neq; ex parte convenientis, neq; conventi, nisi concu-
rant circumstantiæ, Procurator audiatur. *Zoes. in comm. ff. h. t. n. 3.*
De utroq; separatim. Accusator ergò ad crimē judicii publici per-
sequendum propter inscriptionis formulam, cujus habentur ve-
stigia *in l. 3. pr. ff. de Accusat. § inscript.* frustra procuratorem
constituit *l. 13. §. 1. ff. de publ. iud. Schnobel. D 3. θ. 18.* hæc enim
de Jure Civili omnem Procuratoris præcludit usum ejusq; dandi
jus. *Bach. w. 3. n. 3. h. t.* Hodiè tamen juxta Legem Patriam talio-
nis pœna ceu effectus cum ipsâ causâ suâ in desuetudinem abiit,
& tenetur duntaxat Accusator ob defectionem injuriarum, & ad
refusionem sumptuū. i. e. Er muß der Kosten/ so darauff gegangen
auch dem Beclagten umb seine zugesügte Ehmach und Schaden
Abtrag thun *P. H. O. Art 12* quod & de Jure nostrō Saxonico ve-
rum est *Vvesenb. n. 5.* quamvis causæ ibi committi tallaciam pro-
testetur *Bachov. vide M. Un. Carpz. p. 3. q. 105. n. 2. § 8. Reusn. l.
3. Conf. 3. n. 18. H. lig. ad Donell l. 19. comm. c. 10. l. E.* Reus autem
quin per procuratorem totaliter defendi queat rectè dubitatur:
debet enim præcisè se sistere, ut facilius ex signis cognoscatur ve-
ritas: hæc namq; vis est conscientiæ, ut illâ læsâ distorti, in certis
pedum alternationibus commoveantur, modò hanc modò il-
lanc partem capitis scalpentes, & ore semiclausō, quid effutiant
nescii balbutientes à pœnâ haud alienos se ostendant. *Apul. Met.*
10. attā-*

10. attamen absentiam eorum, imò in casu innocentiam per procuratorem allegari posse docet l. 3. C. de Accusat. l. 33. ff. h. t. *Hunn. ad Treutl. Vol. 1. D. 9. th. 1. q. 10.* nec est cur moveri debeam, quod *Cujac. 20. Observ. 20.* textui manum admoverit violentam, quem mordicitus defendit *VVissenbach. D. 12. th. 1.* quoniam textus in dubiò prout jacent sunt accipiendi *Bach. h. t. c. 5. n. 7.* & ad *Treutl. Vol. 1. D. 9. th. 1. l. A.* & præterquam quod τὸν πλοῦτον emergeret, facit huc summa æquitatis ratio, quã æquius à quocunq; defendi, quàm inauditum condemnari. *M. Dn. Carpz. p. 3. q. 105. n. 18. vide Mej. in C. 7. A. h. t. th. 28. Bachov. in Comm. ff. eod. c. 3. n. 3. Treut. Vol. 2. D. 26. th. 3. lit. F. Hahn. n. 5. Struv. Ex. 7. th. 33. Hillig. ad. Donell. d. l. omninò Pac. ἐν αὐτῷ Cent. 2. q. 40.* & hæc incidenter de defensore Rei, bonâ tamen pace B. Lect. quia egregias pariunt disquisitiones subjicere visum est.

IX.

Procurator debet producere mandatum ad personam suam legitimandam,

Quicunq; ergò edictò hõc prohibitoriò non continetur, si comparere velit, debet prius, quàm audiatur, per productionem sufficientis & ex omni parte absoluti mandati legitimam personam suam efficere, nisi annumeratus sit personis exceptis: hæc enim legitimatio in omnibus omninò judiciis, tam ordinariis, quàm summarissimis adeò præcisè requiritur, ut deficiens totum judicium faciat elusorium. *Vant. de nullit. ex in hab. & def. mand.* imò de Jure Saxonico contra hanc procuratoris proterviam ita pronunciat: *Und ist Klägers Anwald/ weil er seine Person nicht alsbald bey Einbringung des ersten Sazes mit einem gnugsamen und vollständigen mandat legitimiret, in die der R. Churf. S. D. einverleibte Straffe der 5. Rthl. verfallen. B. R. W.* verùm quoniam mentionem supra fecimus personarum exceptarum, sciendum est, eos non ita tenaciter ad mandatum exhibendum cogi: qui tales sint, vide apud *Franczk. h. n. 30. & seqq.* ubi rectè contra *Br.* & alios secludit amicum, quàm etiam sequitur *Praxis Gail, 1. Obs. 133. Carpz. T. 5. A. 6. n. 52. & seq.* Ex ergò nisi evidentissimè de contrariâ domini voluntate doceri possit l. 40. h. licet non reale, præsumptum tamen LL. mandatum habere censent.

consentur l. 12. C. h. t. ac proinde factis faciendis h. e. præstita de
rato cautione l. 39. §. 3. ff. eod. in nullò iudicii terminò exceptio
eis opponi potest, Cæterùm in personis extraneis non præsumi
meretur mandatum, si nullibi memoretur, per ea quæ ex Cravetâ,
Peckio, & Menoch. adducit Zoes. h. t. n. 15. licet etiam per mille
annos steterit, ut eleganter ex Bl loquitur M. Dn. Carpz. in Proc.
T. 5. A. 1. n. 53. Quæ verò mandati hujus procuratorii requisita,
quoniam præter ea, quæ enumerantur à Jcto Modestino in l. 65. h.
plura ferè sunt, quàm quæ commodè h. l. in chartam conjici que-
ant. vide ap. M. Dn. Carpz. d. l. inter quæ præcipuum penè mo-
ribus nostris hodiernis clausulam ratihabitionis appellat, quæ
dominus omnia Procuratoris gesta, se ratihabiturum i. e. darin-
nen er alles / was sein Bevollmächtigter verrichten oder handeln
wird / wolle vorgehen und als sein eigen achten / promittit. Hahn. in
Obs. ad Wesenb. n. 6. quamvis theoria aliud, idq; rectius svadeat,
quam propterea defendit Frantz. k. eod. Bach. h. t. c. 42. ad Wesenb
n. 6. ad Treutl. Vol. 1. D. 9. §. 8. lit. A. Hunn. eod. q. 1. Hoc itaq;
modo comparens, nullam habet timere pœnam, neq; cautionis
onus l. 21. ff. rem. rat. hab. omnis enim per mandatum cessat finis,
quo cessante, media meritò conquiescunt. Pauca de mandati hu-
jus (Frantz. k. totius tituli palmarium) probatione dicenda es-
sent, sed quia res in aprico est, præter unicam quæstionem ad su-
memus nihil. An nimirum testium depositio in hoc probationis
puncto sit sufficiens? Et qui dicunt & qui negant utriq; non pau-
ci sunt, quorum more suo densam allegat sylvam Joseph Mascard.
de probat. Vol. 2. concl. 1012. ubi etiam post multas utriusq; sen-
tentiarum ampliationes & limitationes, adfirmant tanquam veriori
atq; communiori subscribit, in cujus partes hæc vice, quicquid et-
iam sentiat Bachov. in suo comment. ff. h. t. c. 4. n. 4. transire pla-
cet. Tandem quemadmodum generalis locutio non includit exceptos
ac irregulares casus: ita nec mandatum generale in istiusmodi
actibus quicquam operatur, quia, ut nefiat tertio præjudicium, spe-
ciale specialia quædam negotia exposcunt procuratorium qua-
lia hodiè sunt v. c. processus reassumptio, litis renuntiatio, docu-
mentorum recognitio &c. uberius & pluribus vide M. Dn.
Carpz. d. t. art. 2. Hahn. in. Obs. ad Wesenb. n. ff. h. t. n. 6. & ita
Procurator rem in iudicium deducit l. 56. ff. de jud. l. 66. l. ult. §. 1.
C
h. t.

b. t. l. 4. §. ult. ff. de Appell. atq; per L. C. perindè efficitur, ac si esset dominus l. 22. & seqq. C. h. t. (quod in modernis nostris fallit, ut post Gifan. testatum facit VVissenb. D. 12. §. 17.) est propterea cur teneri possit contumaciæ non processus, sed personæ. Bach. ad Treutl. Vol. 1. D. 9. th. 12. Franzk b. t. n. 18. illa enim domino, cui ad eundem liberrimus patet regressus, præjudicat.

X.

Procurator, si de mandatò non constet seu dubitetur, debet cavere de ratò :

Sin res omni careat dubio, illum mandatum omninò habere nullum, ne quidem, si offerre paratus sit, hâc cautione admittitur, imò licet sit persona, pro quâ aliàs in LL est præsumptio, gesta illius dominum haud difficulter rati habiturum, si de contrariâ domini voluntate constet, jure repellitur. Cautio autem hæc ut ante L. C. præstetur benè videndum est VVissenb. D. 12. §. 14. post litem enim contestatam ad eam compelli nemo potest l. 40. §. 3. h. t. Sciendum deniq; est eam esse prætoriam stipulationem. l. 2. §. 2. ff. de præst. stip. quæ pignoris datione expediri nequit, sed præcisè & ex naturâ sua requirit fidejussores l. 7. ff. d. t. Vinn. in Comm. J. pr. de Satisd. tut. Ludov. D. 3. §. 18. l. B. Uingep. Ex. 4. q. 10. in Nego. Zoef. in Comm. ff. de præst. stip. Dissentit Praxis & hodierna Observantia M. Dn. Carpz. d. t. art. 6. §. 1. Quemadm. cavere debeat defensor nostrum hîc dicere non est.

XI.

Inter dominum & Procuratorem oritur tam directa, quàm contraria mandati actio.

Ea, inquit Paulus, obligatio, quæ inter dominum & procuratorem consistere solet mandati actionem parit duplicem ex naturâ *συνάλλαγματος* utrò citròq; competentem l. 19. ff. mand. l. 19. ff. de V. S. quarum una directa, quæ est personalis §. 1. §. de Act. l. 25. ff. de O. & A. civilis, bonæ fidei, §. 28. l. eod. rei persecutoria §. 17. d. t. famosa deniq; l. 1. ff. de his. qui not. infam. quæ datur domino, adversus procuratorem, ad id, quod interest l. 26. C. mand. Quicquid ergò vel ex ipsâ lite, vel occasione hujus l. 46. §. 4. ff. h. penes eum residet, imò, quod culpâ ejus, levissimâ etiam, domino abest vel absfuturum est, hoc mandati judicio restituere tenetur, ut estè contâ Zoef. & alios sentit Arnold. Vinn. ad §. 11. §. de mand.

§ lib. 1. q. 52. M. Dn. (arpz. P. 2. c. 20. d. 11. n. 6. per l. 13 21. C. h. t. & l. 23. ff. de R. I. Omne quocirca damnum domino præjudicat, imò decendum à procuratore neglectum ignorantem etiam ab instantiâ appellationis excludit l. 1. ff. quand. appell. Dicis, quomodo autem consultum erit domino, si procurator urgente laborans inopiâ solvendo esse nequeat? Respondet tibi M. Dn. (arpz eò scil. casu ne bonæ litis jacturam faciat petere posse in extremum subsidium, & omni remediò ordinariò deficiente, restitutionem in integrum ex clausulâ generali l. 1. ff. ex. quib. caus. maj. p. 1. c. 1. d. 22. & seq. Bachov. ad Treutl. Vol. 1. D. 9. th. 12. quemadmodum itaq; omnis procuratoris culpa præjudicat domino, ita quoq; de Jure Civili, in illum fertur sententia l. 1. C. de sent. & interloc. non tamen, nisi in rem suam executio l. 4. pr. ff. de re judicat. l. 61. ff. h. t. VVurms. 1. Pract. 23. Obs. 2. quod de Jure Canonico aliter se habet, quam Juris Canonici constitutionem etiam, quia æquitatem sapit, hodierna praxis sequitur, ut testes sunt locupletes Dn. Hahn. ad VVesensb. h. t. n. 8. VVurms. 1. Pract. 27. Obs. 7. Altera contraria, cui easdem, præter infamiam qualitates rectè attribueris, quæ datur procuratori adversus dominum ad repetendos sumptus bonâ f. in litem factos l. 26. §. ult. l. 27. §. pen. l. 45. §. 6. ff. mand. l. 46. ff. h. t. & si quid præterea illi abest vel abfuturum est ex administratione l. 12. §. 22. ff. mand. quæ actio negatur in pœnam non defensi domini l. 43. §. 4. ff. l. 5. C. h. t. item si damnum per procuracionem sentit ex culpâ propriâ v. c. si quid ex contumaciâ seu deli. et ôpræstiterit: illud enim sicut adeò sentire non videtur l. 203. ff. de R. 7. ita nec hæc actione resarcire potest l. 46. ff. h. t.

XII

Mandatum solvitur aut μονοπλεύρωσ(α) aut διπλεύρωσ(β)
(α) tunc (1) vel à latere domini revocatione tempestivâ re sc. adhuc integra l. 12. §. pen. l. 15. ff. §. 9. J. de mandat. i. e. dum ex causâ mandati nondû aliquid procuratori abesse cœpit: quoniam est specialis solvendi contractû modus, & ante L. C. fieri potest vel expressè vel tacite l. 31. §. ult. ff. h. t. l. pen. ff. de R. C. nec impeditur pacto de non revocandò juratò Hahn. ad Treutl. Vol. 1. D. 9. th. 10. q. 58. imò post litē etiam contestatâ à procuratore non solum dominus, sed & hæres ejus ceteriq; successores; validè interdû renunciare possunt ita tamen, ut, nisi prætoria præcesserit cognitio, nemo eorû

C. 2

ab

ab obligatione semel constitutâ impunè recedere possit. *Zoes. in
comm. ff. h. t. n. 19.* Quæ autem præter causas, ad quas à lege *17. h. t.*
remitimur, in cognitionem veniunt, sunt v. c. ætas seu senectus
procuratoris *Gothofr. add. l. 1.* propter quam ne suis quidem rebus
ritè superesse potest: captivitas, servus enim tunc re ipsâ est, & o-
mni caret facultate quâ alias ad prodeundum in publicum esset
habilis *l. 19. d. t.* exilium, fraudulosa absentia, inimicitia prægran-
des, metus deniq; collusionis propter incidentem affinitatem cum
parte *l. 21. & seq. eod.* hõc modo domino suspectus, suspicionem
alit & auget, si per impudentem negationem ultroneam sibi asse-
rat procurationem: eò enim ipso, quod operam in vito ingerere
studet non ferendus est *l. 25. ff. eod. l. 69. ff. de R. I.* Cæterum si mo-
destè pudorem suum purgare velit, audiri debet, ceu, qui perindè
ferè justam habet litigandi causam ac in rem suam datus, & re-
tenturus in litem factas impensas *l. 25. ff. h. t.* Revocationi ab hõc
latere æquivalet mors domini *l. 26. ff. mandat. VVissenbach. D. 32. th. 19.* ob ni-
miam personalitatem re non minus integrâ ac in ipsâ revocatione, propterea
neq; ab hæredum, neq; à parte procuratoris relinquit jus seu obligationem
l. 26. & seq. §. 3. ff. mand. quod si tamen ejusmodi naturæ sit mandatum, ut
non nisi mortuò mandante expediri queat *l. 12. & seq. ff. d. t.* vel procurator
de fatò domini non certioratus b. f. mandatum executus fuerit, ne justa igno-
rantia officii causam in ipsius vertat detrimentum, non in efficaciter agat *§. 10.
in verb. sed utilitatis causa & c. 7. de mandat. l. 26. l. 58. ff. d. t.* quod meò iudiciò
non ineptè quidam ad juris ignorantiam producant *arg. l. 7. & seq. ff. de J. & F.
ignorant.* vel (2) à latere procuratoris, renunciatione terminis iisdem, re puta
adhuc integrâ i. e. dum domino copia adhuc vel per se, vel per alium, quod in
mandatum deductum, exequendi superest *l. 22. §. ult. ff. mandat.* Quid verò si
intempestivè procurator renuntiare velit? exoneret se omninò, si justas alleget
causas *l. 27. §. 2. ff. d. t.* qualis v. c. est beneficium religionis *l. 8. ff. de Procurat. arg.
l. 32. §. 2. ff. de recept. l. 2. ff. de injus voc. l. 13. pr. ff. de vacat. & excusat. man. adver-
sa valetudo, rerum propriarum cura major l. 20. ff. h. t.* sin ejusmodi non ha-
beat, exoneret se quidem à mandatò exequendò, non autem à præstandò inter-
esse *d. l. 27. junct. l. 13. ff. de rejudicat.* ubi mors etiam rectè adjungitur, modò
res sit integra, aliàs si jam interesse cœperit obligatio ad hæredes ex naturâ
contractuum transibit, quod cum *Dn. Hahn. in Observat. ad VVesenb. d. t. n. ult.*
in salariatis hodiernis supremarum curiarum limitabis. Hactenus de speciali ac
irregulari modò solvendi contractum (ß) Tempestivum nunc esset, ut pauca de
modis regularibus ac generalibus subjiceremus. Enim verò cum & Imperator
ipse in t. J. quib. mod. tollit. oblig. & Interpretes, inter eos maximè *Mozz. cap
quand annull. mandat.* fusius de iis tractent, quorum ergò ne scriinia compias-
se videar, colophonem Disputationi meæ impono, Lectoris B. exorans bene-
volentiam, quâ, si fortè in parte aliquâ rectius in jure sentientem offen-
derim, defectum istum resarcire dignetur.


ULB Halle
005 803 551

3



von







Farbkarte #13

B.I.G.

UNANTE
ATORES

ECIE
suffragiò
1665, 12
iff. JCtr. Ordinis

ENTE
O
Tobilissimò, Amplissimò
leissimò
O ROMANO

pr. Elect. & Incl. Facult.
cad. Syndic. eminentissimò,
urg. Canonic.

Præceptore, summò honoris
tu prosequendò,
andos sifet
s consuctis

PTEMBRIS
US Weissenborn/
Misnicus.
OR.

SIÆ
COLERI. Anno 1665.

Non. à Riofey...

